





VIRI GENEROSI,

D. IOANN. Von der Schulen-  
burgf/ etc. Elect Brandeb: Consil.  
Primarij, &c.

*Fratrum Germ.*


D. LEVINI ET D. JOACHI-  
MI FRIDERICI,

*Fratris Germ.*

*Manibus*

*Sacr.*

MELISMAIA.



I.P.

Anno

Ich bin getrost gefahren dahin/  
bin sterben ist mein Gott gewiss.

MAGDÆBURGI,

Ex Officina Levini Braunii ad insigne aurei cornu.

Virt. & Nobil. Sacr.

Quid Spes Mortalium?

Vitæ ludibrium

Quid vita Mortalium?

Mortis mancipium.

Ecce Tibi Testim Viator Nobiliss. Certiss.

JOANNEM von der Schulenburg.

Elect. Brandenb. Consil. Prim.

Qui

ante annos reddere videri poterat

SPIRITUM, MISERICORDI PATRI  
REDIQUIAS CORPORIS, MAGNAE MATRI  
FORTUNAM HERED. FRATR.

Nisi

Singulatis in ipso Sapient. & Iustit. sagacitas,  
Pietatis atq. Innocent. erga Deum & hom.  
præsentia Mundi odium, vitæ Tædium  
Mortis desiderium

Omnia quam Illustriora

AЕvi Maturitatem ultrò proclamasse.

Vixit Ann. Mens. D.

Ob. A.C.M.D.CXI.M.Dec.

SEQVIMINI.

P. P.

M. G. L. S.

**S**OANSCHULNBURGIUS occubuit; quis  
crederet? atqui.  
Occubuit, verè occubuit SCHULNBUR-  
GIUS heros.  
Ebeu qualis erat, quantum mutatus ab  
illo,  
Qui quondam tecum memorande LEVINE subibat,  
Hippocrini satis fibris penetralia Phœbi!  
Ingenium unde, unde Ars; quæ nobilitatis avitæ  
Ornamenta solent atq; incrementa mereri?  
Lucida sic gemma, vel puro inserta smaragdo  
Splendidius multo fax lucet, & acrius irquos  
Perstringit nostros, quam condita simplice cornu.  
Ebeu qualis erat quantum mutatus ab illo,  
Ibat qui quondam tecum JOACHIM FRIDERICE  
Nunc inter pedites, nunc turmas inter Equestres  
Maximus, & celsum caput inter nubila habebat.  
Cum Borussa Virago ad Sponsi Principis Iret  
Officium, magna quasi nube profecta virorum,  
Qua Blaßenburgi Turcitum, tangit olympum  
Scilicet, in longo major stat corpore virtus  
Teutones & prisci redeunt in imagine tali.  
Nobilis ergo agri duo germina nobiliora,  
Fratres Germani, spes SCHULENBURGIA VIVA,  
Subdita qui terræ sola nigri syrmatis umbra  
Stringitis, heroa & subducta corpora filo  
Induerisq; atris squalentia clauditis, altè  
Hunc mecum deflete diem, mactate sepulchri  
Hospitium officio meritantis funeris, ET TU-  
Tam rarum & charum defleto Marita Maritum

Gemma Maritarum pulcherrima cunctigenarum,  
SCULENBURGIORUM sanguis Schulenburga Marita  
Itē hōdie fratres, fratrem deslebitis! Itē,  
Ite dabit vobis hic semina plūrima flendi  
Ibo atq; usq; addam socio suspiria fletu.  
O quis non flet? nisi cui præcoraia claudi?  
Dextra Fabri, Æth Næo formans incude, dolorit?

Namq; aperite, aperite annos, oculisq; reductis  
Densim humeris conferte gregem, spissumq; theatrum  
Excute, ab procerum vobiscum pectora quanta,  
In flustus luctus tranant, quot funera FRATRIS  
Syndonis induvijs albis Gynecæa sequuntur.  
Fallor an inversa lugebit acerbius hasta,  
Mavors, inferias quò solvat manibus: Immo  
In primis fletu mactabunt funera Musæ,  
Atq; modos querulos effundet Apollinis aræ  
Mystis, quos habet hoc Phœbæamoneta, theatro.  
Attonita astabit cui paupera ruris egestas  
Altricesq; petens miserentis ad ostia buccas.  
Cum lacrimis, gemitusq; & flebilibus lamentis  
O Pater O nostre (dictando) O una salutis  
Anchora ubi nunc es, nunquam quo sospite nunquam  
Esuri quicquam, nunquam sine vestibus ivi.  
Ab Pater, at jam non Pater, Ab qua sortis imago  
Nobis te eripuit? te rapto quid superesse  
Quæ potest nobis? ubi in nunc vivaria nobis?  
Quæ poterunt toties redi vivam in corpore nostro  
Esuriem, extinctam toties tumulare superque.  
Ab quoties aliquis tumidam fortè obvius aulam  
Suspiciens dicet. Quam sapè hinc exiit olim

In spe-

Insperata salus JOAN SCHULENBURGIDE an audis?  
En bis pupilli & vidui vidueq; gemiscunt  
Optantes, fatum ut superasses fata per ipsas:  
Sed nunc ferali positâ requiescis in urna.

O Cacos Casus & ineluctabile fatum.  
Siccine fas bodie fuerat temerare bonorum,  
Spes raras, plenumque ferox incidere votum?  
Et cumulare gravem graviore dolore dolorem?  
,, Scilicet baud ulli cautum est, quid fiat in horam.  
,, Jam morimur, morimur vitam dum vivimus istam  
Ipse valens vivus q; loquor, me cernite, num quid  
Cras quicquam vivus loquar, O certate nec bilum.  
,, Nasci denasciri res est solennis & omnes  
,, Ibimus, & matrem semel ibimus omnis ad illam  
,, Quâ Princeps generator ADAM fuit editus, & qua  
,, Posthuma progenies, nos cætera secula mundi.  
,, Sortes has summas excipit Linea & imas

Huc geminas quoq; flecte acies, hanc aspice gentem  
— SCHULENBURGIADIM Prælustri sanguine natam,  
Si famam & cumulos meritorum, & vivida multa  
Ingenij monumenta vides, queis attigit illa  
Solis utramq; domum. Quis enim Quis (pauca probando)  
Quis forâ Marchiados sub jura coegit & equum?  
— SCHULENBURGIADIS. Quis belli fulmen haberi  
Turcorumq; horror poterat? Mera Martia proles  
— SCHULENBURGIADIS. Quis proprietate tiara  
Tam rara & sacrâ sacram sacratus ad aram?  
Principe erat verè qua Principe digna Tiara?  
— SCHULENBURGIADIS. Themidem quis in arce Cathedra,  
Et clausum de jure librum, librumq; reclusum,

Anelliq; aurum, teretem redeuntis in orbem,  
Pilleolumq; rotundato symplegmate poscit?  
— SCHULENBURGI ADIS. Nummorum millia quis tot,  
Exauctura novis antiqua stipendia donat?  
— SCHULENBURGI ADIS. Proles Otomannatumultu  
Queis regnat vidit qui's regna? Quis illaq; regna?  
Queis Latiale caput septem quadrata jugorum,  
Roma supercilijs, in cælum est ausa minari?  
Vel queis bella facit tellus & pontus, & Æther?  
— SCHULENBURGI ADIS. Sed eam mors una fatigat.  
, usq; adeo nihil est Latum; Nec inevitabile Latum.  
JOANSCHULNBURGE tibi at debebat parcere fatum  
Spiritus ethereus, cui primis entheo in annis  
Facundæ lapsus flammæ, sic abdita mentis  
Cinxerat, ut pulchrae virtuti mania, honesto  
Pectore construeres; vitiorum & devia linquens  
Tesqua, serenati tereres loca florida callis,  
Quam velle, ast velle hoc, vellit Libithina: proinde  
Ibo, Ibo in lachrimas rursus, manusq; ciebo  
Per lachrimas, Cythara veluti Rodopæsus Orpheus  
Excijt Euridicem, dilectam fæminam ab umbris.  
Sed quid opus toties, nil profectura moveris?  
Non est mortalis, qui non mortalia spirat,  
, Lex omnes sibi jubet ad vadimonia mortis  
, Sontica causa reum nullum excusabit. Eundam est  
, Si feretrum properare novum Vesillo jubetur,  
, Hic nihil omnino præter meminisse relictum est,  
Nec quisquam poterit clamore reducere funtos,  
Illachrimæ licet usq; atque usq; huic ferrea contra  
Stant fatæ & duro leges adamanter rigescunt.

Ecci-

Eccipio vigilum reboantia signa tubarum  
Omnipotens beri extremam queis inferet horam  
Ut citè præcipiti tortu vertigo caduca  
Involvens cœlum terræ, maris impetum utrisq;  
In chaos antiquum commixta elementa resolpat  
Audiet has, hic quem letum mutavit in umbras  
Et quem mutabit, sanieq; & pure fluenti  
Exos & Exanguis, cinerisq; redactus ad instar  
Seq; modis miris solida compagine rursum  
Induct, attextis venis & vimine carnis,  
Atq; animæ antiqua reditu sub corporis usum  
In vivas auras sese offeret Omnituenti

Novimus hoc, & vos par fratrum Nobile noscere,  
Exultos Ergo de tristis largiter oclis  
Humores tandem redeuntis spongia gaudi  
Ebibat, emaculans tristis lamenta ruina.  
Et brumam interimant feralem tristiciam  
Tempora depicti Veris conspersa vigore  
Quæ solatioli mollis zephyriq; favore.

Non mortem frater sensit, sub imagine somni  
Concidit; haud aliter zephyris & solibus ietas  
Vere tepente nives dissolvi vidimus ante,  
,, Nempe mori male nemo potest, qui vixit ut aequalis est.  
,, NEC MORITUR JUSTUS. Dia hæc sententia, quippe  
,, Esse necesse mori, justum, injustum fuit omne;  
,, Immò mori non posse est id justum esse; vel ipse  
,, Si moritur justus, nequit unquam mortuus esse.  
,, Et mage quod mirum est; Moritur quoq; justus: in illa  
,, Illa morte tamen moritur mors ipsa subindè  
,, In mundo immundo moritur semperq; semelq;

,, Cumq; semel moritur , vivit, totamq; per Aethram  
,, Spargit ovantem animam, vastoq; inmilit olymbo.  
,, Scilicet heroes animis illustribus ethram  
,, Latam, ast omnipotentem orbem virtutibus inplent.  
Quisppè nec ignoras SPES O FIDISSIMA RERUM  
Imperij Illustris, septempars una viratus  
O LUX MARCHIONUM, Dux Ocetsissime digne,  
JOAN-SIGEMUNDE PATER patriæ, quam sae probarit  
Se patrem, Patri patriæ tibi. FUNCTO QUE parenti.  
Consiliante manu: Quem tum si forte tonantem  
In magno populi occursu, sanctoq; senatu,  
Imperij audibant proceres patriaq; parentes,  
Conticuere omnes, intenti q; ora tenebant.  
TULLI cuiusdam prisci aut Demosthenis umbram  
Visi audire sibi: Tanta in sermone movebat  
Majestas, tantum fuit & meminisse Cerebri.  
Tanta fides dictis, industria tanta notandi  
Singula, tanta fuitq; huic experientia rerum,  
Heu fuit, atq; esset, nisi eum sua fate, sub ipso  
Flore juventutis properata morte tulissent  
Tu quoq; qui fuerit studioq; fideq; docebis  
MAGNE THOMA baud impar OKNESEN BECKIA  
VIRTUS  
Terra Marchiaca veteris justissime Preses.  
Gracacui Peitho, Seirengq; Latina, Themisq;  
Aonia aonio devestit honore loqulam,:  
Qualis ad auroram suboles Hyperionis auro  
Purpurat & longer radiantia tela Diej  
Projiciens, humilem convestit lumine mundum.  
Quæ non ecce tuos faciet lente cere fasces,

Libellâ

Libellà parili dum celso humiliq; reprendes  
Fus sine respectu; leges sine lege recocetas  
Intenebris: promissa forensibus oblit a fumis  
Pejus & irato Cane, pejus & aspide vitans:

O Hic quam vellem, possem quoq; praeside Phœbo.  
Nominis incrementa tui contexere peplo  
Musarum, ac sero crescenti tradere seculo,  
Usq; adeò virtus, & demiranda per omnes  
Vita modos genijq; tui me nomina raptant.  
Sed Carthago mihi es, de qua siluisse erat Olim  
Major bonos, quam pauca loqui, quid ni ergò silerem?

At non te sileo, DOCTOR CLARISSIME KRATZI  
JOAN SCHULENBURGUM calamis animisq; silebis  
Qui nunquam, nunquam quem animis calamisq; silebis  
Sic mibi sic inquis, (reducem me ubi sisteret aula,  
Aula nempe tua PROCERUM quæ VALLÆ superbit,  
AULOSIANA DOMUS, merita qua se de refulget  
Incluta NOBILITAS tua FAGOVIANA perenni  
Derivata satu pro-avita gentis & Aevi,)

JOAN SCHULENBURGIADES devixit. Moxq; labascis  
in verbo; & frontem, atq; oculos, atq; oris, & omnes  
Pectoris effigies ferali pallio ob-umbras?

FRONTEM nempe sacram, morum gravitate serenam  
Quam laurus, quam Phœbus amat, quæ digna vigore  
PECTUS, cui plenos eternum Musa quas illos  
Aggerat, & roseo quod perpluit imbre Themista,  
Illos inquam oculos Charites quos expoliere  
OSQUE illud, vibrans Alpine fulmine SUADÆ  
Verba, rigans eadem aut Andinæ fulmine verba.  
O PIETAS, O PRISCA FIDES, O VINCULA AMORIS

Nescia dissolvi, Næ vos Redimentia solvit,  
Næ benè apud memorem virtutum gratia stabit.  
Quis quis es buc specta tumuliq; è marmore sensum,  
Expecta: HIC SITUS EST JOAN SCHULENBURGI-  
US HEROS;  
VIRTUTIS SOBOLES; CONSTANTIS GLORIA  
PALMÆ;  
PRINCIPIS ORATOR, FAX AULÆ; GEMMA THE-  
MISTÆ;  
MUSARUM PHAEBUS; CHRISTIANAE SORTIS  
IMAGO.

P. ex sententiâ

MARTINUS Goski Sil: Medicin:  
Candidat: & P. sequenti, &c.

**N**eufratis mortem, par fiatrum nobile flete,  
Qui morbum & mortem, morte age vicit bumo;  
Mors aderat facilis, morbus fuerat gravis illi,  
Æquior & morbo. Mors erat à tua suo,  
Victus utroq; licet: Christus quia victor utrumq;  
Qui vicit, victo eterna tropæa dedit  
Quæ suspiramus, quotquot spiramus in orbe.  
Qui modò victus erat, quam benè victor erit.

MATTHIAS ACHATII A IA-  
govv. Primogenit.

**S**ic vos ingentem luctum nec querite Fratres,  
Fratri ob excidium ingentem ne querite luctum;  
Ostendit

Ostendit terris Hunc tantum Jova neg<sub>3</sub> ultra  
Esse Ipsus voluit, quamvis Schulenburga propago  
Visa potens velles, propria ut tua dona foveret.  
Quanto's Ille virum Magnam Electoris ad arcem  
Splendor ager gemitus, vel quæ Virtutis Asyla  
Funera cernetis, præter labentia bustum.  
Nec Schulenburga quisquam de gente vetusta  
In tantum spe tollet avos Nec Marchia quondam  
Ullo se tantum tellus jactabit Achate.


Heu Pietas, heu fidia fides, dignissima cedro  
Et cœlo : haud quisquam tibi sese impunè tulisset  
Obvius arte sua nullus, nec legiter ullus  
Jan Schulenburg, O si qua fata aspera rumpas,  
Tu JAM Stella Poli, manibus date manibus equis  
Danda, Ego funereo spargam pro munere versus  
Donisq<sub>3</sub>, bis saltē cumulabo funera Fratris.

PANTALEON TRAPPE.

**N**il mortis Schulburgus habet demortuus, ante  
Namq<sub>3</sub>, mori didicit quam moreretur humo:  
Eripuitq<sub>3</sub> animam mundo, mortiq<sub>3</sub> perennem,  
Hac equidem morte, morti animam eripuit.  
Ergo solo, vivitq<sub>3</sub> polo sibi quamq<sub>3</sub> beatam  
Devovit, vivo vicit agone necem.  
O quam dulce mori, moreris si vita homo: Nam sic  
Qui morti paret, non mage morte perit.

JOHANNES IACOBUS KRATZ.

F I N I S.



AB : 155 199




3

TA -> 0L


09.2001 6J,





## Farbkarte #13

B.I.G.



VIRI GENEROSI,  
D. IOANN. Von der Schulen-  
burgf/ etc. Elect Brandeb: Confil.  
Primarij, &c.

*Fratrum Germ.*


D. LEVINI ET D. JOACHI-  
MI FRIDERICI,

*Fratris Germ.*

*Manibus*

Sacr.

MELISMATA.



I.P.

Anno

Ich b In getrost gefahren dah In/  
h In sterben Ist Me In g Ut gew In.

MAGDAEBURGI,

Ex Officina Levini Braunis ad insigne aurei cornu.